



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De tertio præcepto seruandi festa. cap. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

De observatione festorum, quod pertinet ad
tertium præceptum Decalogi, Sab-
batha sanctifices.

CAPUT XIII.

- 1 Festi dies omnes Christianorum sunt lege humana inducti.
- 2 Festi observatio nunc non tam stricta ac olim.
- 2 Festi diebus præcipitur audire Missam, vetatur opus servile facere.
- 2 Finis præcepti alius ab eo non est in præcepto.
- 3 Servilia opera que sunt.
- 3 Servilia septem opera permittuntur, quinque non servilia prohibentur.
- 4 Festa vt potius relaxantur ob necessitatem, quam ob pietatem.
- 5 Festus quod licet gratis, licet ob mercedem.
- 5 Festa inducunt, tollunt, moderantur lex & consuetudo.
- 6 Festa sua omnis regio, & morantes in ea debent observare.
- 6 Festos dies quos viator servare teneatur.

Circa hoc dicimus primo, omnia Christianorum festa, etiam dies dominicos, solo humano iure, nulla vero iure diuino naturali, aut supernaturali esse in Ecclesiam introducta, vt comprobauimus: id quod etiam sentit Ioannes Turrecremata, b & clarius Archidiaconus, c & S. Thom. d supra omnes tamen Thomas V Valdensis, e vbi ad hoc adducit B. Hieronymum, & Remigium, quamuis Panoimitanus fcu multis alijs, & Angelus g teneant, saltem dies dominicos iure diuino festiuos esse, quam sententiam Syluester h communẽ esse asseruit. Veruntamen quod modo definiuimus est tenendum. Etenim quamuis ius naturale, & diuinum præcipiant nobis Deum ipsum honorare & reuereri, non tamen definiunt tempus, quo in nouo testamento id facere teneamur, solum autem ius humanum decernit, statuitque certos dies, in quibus ab operibus seruilibus cessare oportet, vt id faciamus. Nec obstat cap. licet, i quo ipsi nituntur, quatenus habet, quod tam veteris, quam noui testamenti pagina septimum diem humane quieti deputauerit, quoniam potest noue & singulari modo responderi, ad summum probare, quod in vtroque tam nouo quam veteri testamẽto inuenitur, quod vnus de septem diebus debet obseruari; non tamen quod hoc Deus præceperit in vtroque, nam licet id præceperit in veteri testamento præcepto ceremoniali, in nouo tamen testamento, in quo illud cessauit, à principio Apostoli auctoritate sua, & non lege diuina cœperunt diem Dominicum obseruare, idemque facere fidelibus præceperunt. Vnde inferitur, quanta sit consuetudinis vis circa custodiam & obseruationem festorum. k

2 Secundo dicimus, quod ius humanum Christianorum non adeo

Festa Christianorum nõ sunt de iure diuino.
a In c. licet de ferijs, & in ca. 1. de conõ. sec. dist. 3.
b In di. c. 5.
c In c. ieiunij ead. di. 3.
d 2. 2. q. 122. ar. 4. & 5. S.
e Ant. 2. par. tit. 9. c. 7. par. 2. ante penul. & Ioan. Maior in 3. l. sent. di. 27. q. 23.
f De sacramental. c. 14.
g Cap. licet, de ferijs.
h Ver. ferijs, par. 43.
i In verb. Dominica q. 1. ver. 7.
j De ferijs.

k Arg. c. 6. de consuet. & 1. 2. Cod. quæ sit long. consuetudine.

adeo stricte præcipit suos dies festos obseruari, ac ius diuinum antiquum suū illud Sabbathū tradidit obseruandum, secundū S. Tho. *b* communiter receptum. Quapropter multa nobis in diebus dominicis fieri permittuntur, vt præparare cibos, & alia huiusmodi, quæ nullatenus in Sabbathis veteris legis fieri poterant. Vnde etiam cōsequitur, vt circa prohibita in nostris festis nobis sit facilius dispensatio, quam in rebus prohibitis in Sabbatho illo antiquo, secundum eundem S. Thomam. *c*

b In d. q. 122. art. 4. ad 4.

e In dicto 2. 4.

d Cap. missas de consec. dist. 1.
e Ca. ieiunia cum gloss. & Archid. de consec. dist. 3. f. 2. q. 122. artic. 4. in princ.
g Ibidem. h. c. 2. q. 100. art. 9.

i Leui. 23.

k In di. qu. 122. ar. 4. ad 3.
l In di. ar. 4. m. 102. c. 3.
n Iuxta gloss. mirabilem. c. 28. Numer. o. 1. Mach. 4. Et cap. discipulos, de consec. dist. 5.
p Probu. 24. c. non in inferenda 23. q. 3.
r Deut. 22. f. Cap. licet, de ferijs.

a In cap. 1. de ferijs.

b In cap. fin. de ferijs.

c 3. Rhetor. ad Herenn. d. Cap. 122. q. 2. & l. 10. de ejuic. c. 1. e. Cap. tria 45. dist.

Tertio dicimus, quod hoc præcepto, de colendis festis, nõ præcipitur cultus diuinus interior, qui in meditando & colendo Deo consistit, sed tantum exterior, qui consistit in audienda Missa, & in abstinendo ab operibus seruilibus exterioribus, e quæ ministerio corporis sunt exercenda, sicut eleganter docuit Caietanus: *f* quonia quauis finis huius præcepti sit, vt homo Deo vacet, ipsoque fruatur, & in eo quiescat, vt docuit S. Th. *g* quãdo tamen finis præcepti est aliud à re præcepta, tunc nõ cadit sub præceptum, sicut idem S. Tho. communiter receptus *h* asseruit. Verum est tamen, quod sunt necessaria propositum & attentio interiora ad recte audiendum sacrum, quo fit religionis opus.

3 Quarto dicimus, in diebus festiuis non omnia opera prohiberi, sed tantum seruilia, quæ sunt illa quæ proprie seruientibus conueniunt, iuxta illud: *i* Omne opus seruile non facietis in eo. Non autem illa quæ communia sunt tam ijs qui seruiunt, quam illis, quibus seruitur, secundum eundem S. Thomam. *k*

Quinto dicimus, quod ex supradictis infertur, septem generum opera notata à S. Th. *l* in diebus festis licite exerceri. *Prima* illa, quibus in diuino cultu Deo seruimus. *m* *Secunda* quibus spiritualia exercemus, quale est docere verbo vel scripto. *n* *Tertia*, quæ sunt ad salutem propriam necessaria. *o* *Quarta*, quæ ad salutem corporalem proximi sunt necessaria, iuxta illud: *p* Erue illos qui ducuntur ad mortem. *q* *Quinta*, quæ sunt necessaria ad vitandum danum sibi, vel proximo imminens. *r* *Non videbis bouem fratris tui, &c.* *Sexta*, quibus parantur cibi per consuetudinem Ecclesie. *Septima*, piscari quandoque per consuetudinem eiusdem Ecclesie.

Sexto dicimus, quod quinque sunt opera nõ seruilia, quæ prohibentur in festis iure canonico: nam *a* prohibentur mercatus, iudicium ciuile, vel criminale, & iuramentum, nisi pro pace, vel alia necessitate prestetur, & *b* omnis processus, & strepitus iudicialis, nisi pietas suadeat, & necessitas urgeat.

4 *Septimo*, quod nõ omnia, quæ possunt fieri gratia necessitatis, possunt fieri ratione pietatis: nã propter necessitatẽ omnia opera tam seruilia, quam nõ seruilia exerceri possunt, sed non omnia permittuntur causa pietatis, si per pietatẽ intelligamus virtutem illam, qua patriã & parẽtes veneramus, sicut accepit Marcus Tullius, *c* & Aug. *d* neque si pietatem pro misericordia accipiamus. Etenim quauis opera quæ ex natura sua ad misericordiam pertinent, vt vestire nudum, alere pauperem, *e* in omnibus

omnibus
lia, g alia t
ad miseric
misericor
in diebus
ta errant v
Dei inter
tura imm
& reliqui
luti præan
te solent f
Diuerfa t
toria in fu
fieri, quali
fingere, v
opera, qu
præparat
quod sub
ista non s
adeo esse
5 *Octauo*
diebus fe
licite, &
& quod p
ex suo ge
terialiter
probauit
tis rẽ per
Cõc. Trio
Episcopo
Nono d
omnibus
ta tamen
in singul
constitut
do præse
aum est
Ex que
pit id, q
mediam
primis ve
sum com
ret, vt so
lemniam
Inferu
seruare t
quantum

omnibus diebus festis possint licite fieri, primo & opera iudicia-
 lia, & alia tamē opera seruilia, quę ex sola intentione operantis
 ad misericordiā diriguntur, fieri nequeunt: quamobrem qui sub
 misericordię & pietatis pretextu, absq; alia vrgēte necessitate,
 in diebus festiuis edificāt, vel reficiunt pōtes, stertunt vias, to-
 ta errant via, iuxta Caietanum. *b* At vero si per pietatem cultū
 Dei intelligimus, tunc dicimus omnia illa opera, quę suapte na-
 tura immediate tendūt in honorem Dei, veluti portare crucē,
 & reliquias sanctorū, licite fieri posse. Imo & alia, quę sunt ve-
 luti p̄ambula & p̄paratoria horū, quę simul vel paulo an-
 te solent fieri, veluti pulsare cymbala ante missā, vel vesp̄as.
 Diuersa tamē ratio est de alijs operibus, quę licet sint p̄para-
 toria in supradicta, ante tamē festum ipsum commodē possunt
 fieri, qualia sūt formas (quas hostias vocamus) cōsecrandas ef-
 fingere, verrere Ecclesiā, tapetibus ornare: & multo minus illa
 opera, quę secundū se non deseruiunt diuino cultui, neq; sunt
 p̄paratoria in illum, qualia sūt arare, serere: & metere ad ali-
 quod subsidiū Ecclesię p̄stādū, quo diuinus cultus ibi fiat: nā
 ista non sunt licita, nisi iusta intercedat necessitas, vt si Ecclesia
 adeo esset tenuis & pauper, quod necessarijs ad cultū careret.
5 Octauo dicimus, quod tā licite ac principaliter potest fieri in
 diebus festis ob pecuniā, quod gratis licite potest in eis, quam
 licite, & principaliter ob eā quouis alio tēpore id fieri potest,
 & quod propositū & intētio lucrādi nō facit vt op^o, quod alias
 ex suo genere nō est seruile, ob hoc fiat tale formaliter, vel ma-
 terialiter. Quod post Card. Caiet. *i* validissimis rationib^o *k* cō-
 probauim^o, quāuis Richar. *l* & Ioā. Tabiēna *m* & Sylu. *n* nō fa-
 tis rē perpedētes, cōtrariū teneāt. Quib^o addo, quod nouissime
 Cōc. Trid. *a* declarauit, dies festos in suo Episcopatu seruari ab
 Episcopo p̄ceptos, à religiosis, quāuis exēptis, seruādos esse.

Novo dicimus, quod quamuis festa, quę iure communi sunt
 omnibus obseruanda, sint iam expressa & determinata, *b* mul-
 ta tamen ex eis abstulit cōsuetudo, & alia induxit, quapropter
 in singulis regionibus illa festa obseruanda sunt, quę lex, aut
 constitutio synodalis recepta, & non abrogata, vel consuetu-
 do p̄scripta ibi p̄cepit obseruari, *c* quandoquidem, vt di-
 ctum est supra, *d* omnia lege humana inducta sunt.

Ex quo *inferitur primo*, quod si consuetudo p̄scripta p̄cipit
 id, quod passim fieri videmus, vt à media nocte vsque ad
 mediam noctem festa seruentur, neuiquam seruanda sunt à
 primis vesp̄is vsque ad secundas vesp̄as, quamuis ius ip-
 sum commune id p̄cipere videatur, *e* & quod si vsus habe-
 ret, vt solum seruentur vsque ad meridiem, vel vsque ad so-
 lemnia missarum peracta, postea possent opera seruilia fieri.

Inferitur secundo, quod vnaquęque prouincia, aut ciuitas ob-
 seruare tenetur illa, eo modo, & tantum, quę, quo modo, &
 quantum consuetudo ipsius p̄cipit obseruari.

f iuxta glo.
 c. fi. de ferijs.
 g Did. c. fin.

h 2. 2. q. 122.
 art. 4.

i 2. 2. q. 120.
 art. 4. & in
 summa verb.
 festos, pagin.
 penult.
 k In c. ieiun-
 nis, de cons.
 di. 2.
 l Lib. 3. di. 37.
 & Angelus
 verb. ferijs,
 parag. 9.
 m Verb. ferijs
 p. 17.
 n Verb. do-
 minico q. 4.
 a Sess. 25. c. 12
 b In ca. pro-
 nuntiandum
 de consec. d. 2.
 & ca. conque-
 sus, de fe-
 rijs, & alibi.
 c Per p̄dici-
 ta c. & ca. fi.
 de consuet.
 d Eod. c. n. 10.
 e Cap. 1. de
 ferijs.

Infertur tertio, quod qui degit in aliquo loco, tenetur obseruare festa illius loci vbi tunc degit; non autem illa festa, quæ in eius propria patria obseruantur, arg. cap. illa adiuncta gloss. f. ibi. *Dum fueris Romæ, Romano viuito more; Dum fueris alibi, viuito sicut ibi.* Vt de ieiunijs, & de facultate non edendi, vel edendiuua, lactinia, aut animalium intestina in diebus Veneris, Sabbathi, & alijs diebus vigiliarum, ieiuniorum, & abstinentiarum dicetur inferius.

Infertur quarto, quod operarij, qui ad locandas operas suas vadunt in alias regiones, non tenentur obseruare dies festos suorum locorum, sed illorum, vbi ad tempus commorantur.

Infertur quinto, quod perperam agunt parochi suis parochianis poenitentias, aut publicas poenas imponentes, eo quod in festis illis, quæ in propria sua parochia obseruantur, in alijs, vbi illa non seruabantur, operas suas conducti præstiterunt.

Infertur sexto, posse rationabiliter teneri, eos, qui in festi vigilia, & etiam in ipso die festo, à suo proprio loco in alium laborandi gratia comitant, vbi festum illud non obseruatur, iuxta rigorem iuris nullatenus peccare: siquidem non violant festa vbi obseruari debent, dum tamen, si eodem die egrediantur, missam audiant, quoniam dies festus, vbi ipsum deprehendit, ad id ipsum obligauit: vt ego iter faciens non semel putauim ad audiendam missam, vel faciendam obligatum, eo quod ante meridiem transibam, egrediebar, & ingrediebar aliquem locum, vbi obseruabatur aliquod festum, quod alijs in locis non erat obseruandum, quamuis crediderim solum transitum non adeo obligare.

Modi peccandi mortaliter vsitatiores contra hoc tertium præceptum de colendis festis.

- 6 Festum qui violat, peccat mortaliter, nisi aliquod horum excuset.
- 7 Festum qui violat iter agendo, deferendo onera, &c.
- 7 Festum qui violat, vi, metu, præcepto, vel coactione, vt peccat.
- 8 Festum vt violat, qui vendit, emit, permutat, &c.
- 9 Festum an violet tonsor, piscator, molitor.
- 10 Festum an violet laborans pro pauperibus, pontibus, & rjs, n. 11.
- 11 Venator quis violat festum.
- 12 Festum an violet mulio, qui in eius vigilia mittit iumenta operatur.
- 12 Consulere pro lucro an liceat festis.
- 13 Festum an violet ob pietatem, vel necessitatem, vel sine illa, transcribens librum, pulsans lyram, canens, &c. nu. 14.
- 15 Festum an violet laborans ob necessitatem, qui ludit, saltat, venatur, & otiose tota die vagatur.
- 15 Festis Crucis, Michælis, Innocentium, & S. Syluestri licite quis laborat.

f. 12. dist.

g. Cap. 25. n.
119 post
Card. & Pa-
morm. ibi ci-
tatos.

16 Festis de
17 Festis con
17 Festum a
19 Oblatio i

6 Circa h
Cstis su
alijs quinq
cōsuetudo,
tis suæ, vel p
proximi, qu
pradiētis a C
qui frumētū
do imbres &
Sic etiā fabr
larii, qui ven
quando ante
susceptores,
necessitatē c
aut inebriēt
duriuscula n
rium præscr
7 Excusan
faria vendit
diei festo co
tis oneratis
tem qui de
continere p
differre, nisi

Dixi, One
iter facere, &
los onustos
licet longiu
cere, non est
excusatione
nes. Et idē d
licet secund
consuetudo
Similiter
tegulas, calc
potest, d & t
subditi, & fe
festis diebus
tia, qui nisi
nale, vel real
fuit. Idem d
sunt maritor
compulsis, q

- 16 Festo de violato quadam accusandi consuetudo mala.
- 17 Festis contritio bona, sed non necessaria.
- 17 Festum an violet, qui omittit in eo opera precepta.
- 19 Oblatio in Missa quando necessaria.

6 Circa hæc peccat primo, qui diebus dominicis, vel alijs festis sub præcepto obseruadis, aliquod opus seruile, vel ex alijs quinque prohibitis, facit: nisi excuset exiguitas, vel licita cõsuetudo, vel necessitas aliqua spiritualis, vel corporalis salutis suæ, vel proximi, vel detrimentum imminens rebus suis, vel proximi, quod nõ potest differri, neq; præueniri, vt patet ex supra dictis. *a* Ob quã necessitatẽ, aut consuetudinem excusantur, qui frumẽtũ ex area defẽrũt in horrea, vel uas ex vinea, quã do imbres & pluuię timẽtur, & quicũq; alij, qui similia faciũt. Sic etiã fabri ferrarij, qui equos iter agentiuũ ferrant, & macellarii, qui vendunt carnes in festis, easq; præparant ad vendẽdũ, quando antea non potuerũt parare, & tabernarij, hospitemque susceptores, qui in suis tabernis aut hospitibus propter ementiũ necessitatẽ cibos & necessaria vendũt, non autẽ qui vt ludant, aut inebrietur, id faciunt, iuxta Angel. *a* Cuius tamen opinio duriuscula nobis videtur, nec tenenda, vbi consuetudo contrarium præscripsit.

a Nu. 3. & ca. Hostien. in summa de feriis, parag. 6

a Angel. vbi supra, parag. 12.

7 Excusantur etiam, qui cibos & edulia, & alia necessaria vendunt: puta panẽ, vinum, fructus, herbas, & cetera. que diei festo conducunt. *b* Excusantur etiã agalones, qui iumentis oneratis diebus festis suum iter non intermittunt; non autem qui de domibus suis proficiscuntur diebus festis, cum se continere potuissent, iuxta Caietanum; *c* aut in aliud tempus differre, nisi ante, aut post audiant missam.

b Caiet. vbi supra.

c vbi supra

Dixi, *Oneratis*, quia conducere deonerata non est aliud, quã iter facere, & iter facientes excusantur, quãuis conducãt mulos onustos suis lectis, vestibibus, & viaticis, modo missã audiãt, licet longius & toto die iter faciant; nã aliquantulũ itineris facere, non est opus seruile, neq; prohibitũ in festis, & sine vlla excusatione cõsuetudinis, aut necessitatis fas est, secundũ omnes. Et idẽ dicendũ videtur de longiori, & totius diei itinere, & licet secundũ aliquos hoc sub genere operis seruilis ponatur, consuetudo tamen effecit, vt liceret, modò missa audiat.

Similiter excusantur, qui diebus festis excoquũt vitruũ, ollas, tegulas, calcem, quoruũ decoctio intermitteri in alium diem non potest. *d* & tũsores, qui diebus festis infirmis venas aperiũt, & subditi, & serui iussi, & cõpulsũ a suis heris ad opus agendum festis diebus, non ob contemptũ festorum, sed alterius rei gratia, qui nisi morem gererent, in aliquod magnũ damnũ personale, vel reale inciderẽt, maxime si ob id missa prætermissa nõ fuit. Idem dicendũ est de vxoribus & liberis, qui in potestate sunt maritorum, & parentum, & de agricolis ad id iusto metu compulsis, qui laboris sui mercedẽ accipere possunt; e id quod

d Ang. verb. fertæ, parag. 19. Caietan. vbi supra.

e Rosel. vbi supra casu 23. & 24. Syl. vbi supra.

supra

ur obserua
esta, que in
ncta glos. f
libi, vniuerso
el edendio
eneris, Sab
abstinentia
operas suæ
e dies festos
morantur.
s parochia
eo quod in
in alijs, vbi
erunt.
n festi vigi
n alium la
obseruatur,
non violant
die egrediã
sum depre
non semel
obligatum,
& ingredie
tum, quod
diderim so
ntra hoc
is.
usset.
peccat.
rj; n. 11.
menta opera
illa, transcri
tat, venatur,
licite quis la
16 Festa

f. Rod. r. n. 5.

g Arg. ca. fa. tri de his que vi. & ca. liant 12. q. 5. h velut. ff. de iust. & iur. & Luc. c. 10. a Cap. r. de feriis.

b Expr. ser. tim. Syluest. verb. Domi. nica, q. 3.

e Syluest. vbi supra.

d Rod. nu. 1. e Arg. ca. fin. de consuetud. f In summa verb. in festo licita.

g Cap. de feriis.

h Arg. l. mo. re Romano, de feriis. i 2. 2. qu. 122. art. 4. k In cap. peruenit, de consec. dist. 3.

l Iuxta cap. licet de feriis cum eis adnotat. per Pan. & alios & per Ange. lum, verbo feria, parag. 34. & 35. Ca. seta. vbi su. Pra.

supra diximus. f Et si sunt famuli stipendiarij finito tempore, in quod se astrinxerūt, discedāt ab eis, nec intra tēpus debēt parere suis heris, nisi aliqua de causa iusta. Si quis tamē iuberetur, vt operaretur in contēptū festorum, & Ecclesie, que illa sanxit, nō debet obedire, etiā si ob oculos certā ab eis propositā mortē videat. g Hoc enim iā nō solū esset cōtra ius humanū, in quo necessitatis excusatio communiter locū habet, sed etiā contra diuinum & naturale, quo superiorum obseruantia imperatur. b

8 *Secundo peccat*, qui vendit, aut emit die festo, multū temporis in eo consumendo, a non tamē si parū, vt fieri solet in emendis aut vēdendis candelis, aut alijs similibus, quibus de pretio non est conueniendū: quia iam aestimata sunt, aut cito fit, iuxta omnium sententiam, b quod tēperandum videtur iuxta sequens.

Tertio peccat, qui nundinas adit, aut in eis negotiatur, non audita Missa, cū possit, aut facit cōtra iusū Episcopi, nisi exiguitas excuset, aut in eiusmodi negotio magnū susciperet dānū, nisi eo die tractaretur, aut alia iusta causa excusaret. e Nec refert, an nundinæ agantur die Dominico, aut festo maiori, aut minori: quia si consuetudine prescriptū est, & nulla est prohibitio noua eius qui prohibere potest, licet, audita Missa negotiari eo die: cū enim omnes dies festi lege humana cōstituti sint, vt dictū est supra, d consuetudo poterit moderari festum diei nundinarū, quia etiam omnino tollere possit. e Quomodo iam modificati sunt, quantū ad res, quæ in auctione venduntur, auctoritate iudicis, vel alia, secundū Caietan. f & etiam vigilię solemnium festorum quantum ad tonsuram, quā tōsores exercere possunt ad duas horas post noctis ingressum, secundum dispensationem Eugenij Papæ III. Quod intelligi debet in his regionibus, in quibus cultus sit à vespera in vesperam, vt iure communi fieri debet: g nā vbi cultus festi incipit à media nocte, & ad mediam noctē perdurat, vt apud nos vsu receptum est, hoc priuilegium non est in vsu, quan doquidem absque priuilegio tondere potest vsque ad mediam noctem. b

9 Addimus item cum Caietano, i quod neq; tondere barbā, neq; in id cōsentire vno aut alio die festo, est peccatū mortale ob paruitatē operis, neq; etiā veniale, si aliqua in id adsit causa, licet contrarium senserit Archid. k cuius sentētia locum habet in tonsore, qui multis barbā detondet, vel aliter parat. Neq; peccant, qui piscantur die festo certum pisciū genus, quod tantū certis diebus aduenit, vel conspicitur, & illico discedit, nisi tūc capiatur: Cuius generis sunt Thūni, Halecia, & Sarda: aliqua tamē elemosynam debēt erogare in Ecclesias viciniores, aut in pauperes, l quia licet cap. licet nō loquatur nisi de Halecibus, siue Aringuis, eadē tamē ratio idē suadet in reliquos nominatos pisces. Licitū etiam videtur molere molendinis fluminū vel ventorum, quæ sine magna occupatione molunt, maxime si adsit consuetudo, & à prælatis non prohibeatur. Contrarium tamen

tamen dicend
cupationem
10 Quarto, q
audita missa,
citiā, aut co
cipalius prod
aut vsque ad
Monaldi. b N
aut alios dies
nisi quod ma
vulgi consue
11 Quinto, q
endis pontib
erga viatores
facit, secund
supra, d secun
stis ijs, qui al
ciant, vt viter
Sexto pecca
ta missa, secu
rētur questu
pus, neque d
lucrādi finis
12 Septimo
mittit aliqu
dita, lucratur
vel sequētis,
cit, missam a
cusetur per
mentis oner
Octauo pecc
liū, principa
secundū Syl
traria est lon
neque aliqu
citur est fa
ac in profes
instruere su
aduocato, v
prælegere a
operis spiri
13 Nono pe
festis, a quā
que nō feri
id faciat, qu
dūtur fieri
hac ratione

tamen dicendū est de moliura pistrinorum, quæ magnam occupationem & laborem requirit, excepta magna necessitate.

10 Quarto, qui laborat etiā pro pauperibus diebus festis, etiā audita missa, principaliter propter aliquod cōmodum, vel amicitiam, aut cognationem, quā ob eleemosynā, aut etiam principaliter propter pauperitatem, verum non vsque adeo magnā, aut vsque ad vltimā eius potentiam laborat, secundū mentem Monaldi. *b* Neque discrimen statuendum est inter dominicos, aut alios dies festos maiores aut minores, secundum eundem, nisi quod maius festum maiorem causam requirit, quod ipsa vulgi consuetudo seruat.

11 Quinto, qui laborat diebus festis in exstinguendis, aut reficiendis pontibus aut viis, quamquam sit pietas & misericordia erga viatores, tamen abique magna, quæ urgeat, necessitate id facit, secundum Caietanum, *c* contra alios plerosque ob dicta supra, *d* secundum quem & omnes, licet facere opus diebus festis ijs, qui aliter se sustentare nequeunt, modo id occulte faciant, vt vitetur scandalum, & audiatur missa.

Sexto peccant mortaliter, qui veniunt festis diebus non audita missa, secundū omnes, nō tamen si eam audirēt, etiā si veniret quæstus causa per superius dicta, *e* quia non est seruale opus, neque de numero quinque non seruilium prohibitorum, neque lucradi finis efficit vt tale sit, quidquid dicat Rosella, *f* & Syl. *g*

12 Septimo peccat, qui iumenta sua festo die, aut eius vespera mittit aliquo, vt alterius diei festi vtilitati, in quo essent impedita, lucretur: *h* nisi mittat propter res necessarias eiusdem diei, vel sequētis, quæ antea deuehi nō potuerūt, & nisi qui conducit, missam audiat, ac breui itinere vtatur, aut cōsuetudine excusetur per superius dicta, *i* quod tamē intelligendū est de iumentis oneratis, nā vacua mittere potest, ob superius dicta. *k*

Octavo peccat mortaliter doctor, aut literatus, qui dat consiliū, principaliter ob quæstum, etiam illi qui è lōginquo venit, secundū Syluest. *l* & communem sententiam. Cuius tamē contraria est longe verior, tum quia consiliū non est opus seruale, neque aliquod ex alijs quinque prohibitis, tum quia quod licitum est facere diebus festis, perinde fieri potest ob lucrum, ac in profestis, vt supra *m* diximus. Quare non est peccatum instruere siue informare iudicem, etiam cum procuratore & aduocato, verbo, aut scripto, etiam ob pecuniā, & minus prælegere aliquam facultatem honestam, quia est exercitatio operis spiritualis, vt late probatur à Caietano. *n*

13 Nono peccat mortaliter iudex, qui audit litigatores diebus festis, *a* quāuis enim nō sit opus seruale, est tamē vnū de quinque nō seruilibus prohibitis, nisi ob pietatem & misericordiā id faciat, quia quæ non sunt seruilia, licet sint prohibita, conceduntur fieri ob solā misericordiā absq; alia necessitate, & ob hanc rationē licet multo magis quā seruilia, vt supra *b* diximus:

satisque

a Secundum Rosell. verbo feria, parag. 9

b In summa verbo feria.

c 1. 2. q. 121. art. 4. & in summa verbo festos dies *d* Eodem capitulo. 4.

e Num. 8. ex Caic. in summa in verbo festos.

f Verbo feria parag. 15. *g* Verb. dominica, q. 5.

h Secundum Rosellam, vbi supra parag. 12. *i* Eodem capitulo. 6.

k Eodem capitulo. 6.

l Vbi supra. q. 5. concl. 3.

m Eodem capitulo. 5.

n In dicta q. 121 art. 4. & in summa verbo festos dies.

a Cap. fin. de ferijs.

b Eodem capitulo. 3. & 4.

ione.
o tempore, in
s debet pare-
ne iuberetur,
ue illa sanxit,
opositā mor-
manū, in quo
d etiā contra
imperatur. *b*
ulrū temporis
in emendis
e pretio non
fit, iuxta om-
xta sequens.
atur, non au-
, nisi exigui-
iperet danū,
et. *c* Nec re-
maiori, aut
lla est prohibi-
Missa nego-
ana cōstituti
erari festum
t. *e* Quemad-
in auctione
aietan. *f* & e-
nsuram quā
s ingressum,
quod intelligi
pera in ves-
s festi incipit
apud nos vsū
doquidem
m noctem. *b*
dere barbā,
catū mortale
ad sit causa,
ocum habet
r parat. Neq;
us, quod tā-
licedit, nisi
& Sardæ: ali-
s viciniore,
si de Haleci-
quos nomi-
nis fluminū
nt, maxime
Contrarium
tamen

fatisque iusta necessitas videtur, si alio tempore aut ad iudicium accedi non potest, aut testes haberi nequeunt. *c* Quamobrem excusantur iudices rusticorum, qui diebus festis secundum consuetudinem aliquarum regionum, ius dicunt rusticis, eo quod alijs diebus neque iudices, neque testes suppetunt, aut, ne pauperes amittant suos dies operarios, quibus ad vitam sustentandam maxime indigent.

14 *Decimo*, qui transcribit librum, aut instrumentum ob questum, secundum Rosellam, *d* & Angelum, *e* non tamen propter rationem ab eis allatam, sed quia quamuis scribere de se non sit opus seruale, etiam si ob lucrum fiat, sed seruale est transcribere, & transcribendo componere libros, ut lucretur, quia hoc mechanicum, & corporale est.

Ex quo sequitur, non esse peccatum scribere litteras, consilia, neque instrumenta de ijs rebus, quae licite fiunt diebus festis, etiam si ob lucrum fiant, per supradicta, *f* quod idem est iudicium de eo qui pulsat organa, vel alia instrumenta, aut cantat die festo, siue principaliter id faciat ob diuinum cultum, siue ob honestam animi recreationem, siue ob aliquem alium finem pium & necessarium, siue ob questum, quicquid dicant Angelus & Syluester, quia non sunt opera serualia, neque talia ex fine lucrandi efficiuntur. *g*

15 *Admonemus* autem hoc loco quatuor. *Primum*, quod licet Episcopus sub poena excommunicationis iuberet, ut nemo diebus festis operaretur, qui tamen ex necessitate id faceret, eiusmodi poenae non esset reus, quia sententia eius generalis iudicium interpretanda est, nepe quod nemo efficiat opus nisi lege concessum: *h* at cuiuslibet conceditur opus vitae necessarium, *i* ut supra dictum est. Et si in excommunicatione iuberetur, quod neque necessitatis causa, neque pietatis laboretur, contineret errorem intolerabilem contra legem, *k* & consequenter irritum esset. *l*

Secundum, quod Papa Eugenius IV. *m* constituit, ut laici, qui operarentur in festis S. Crucis, & S. Michaelis mensis Septembris, & in festis Innocentium, & S. Syluestri non peccent mortaliter, nisi huiusmodi dies dominicis incidant. Item qui audita Missa reliquum tempus diei festi consumunt in venationibus, in bellorum simulacris, siue iustis & torneamentis, in lusibus, in choris, aut otiose vagantur, non peccant mortaliter, quia non faciunt opus seruale, licet sic grauius venialiter, secundum Caietanum, *a* quia tempus diuino cultui consecratum Deo non tribuunt, & quia in huiusmodi occupationibus multa occurrunt peccata mortalia, secundum S. Antoninum, *b* vbi ait omnium lachrymis defendendam esse Christianorum caecitatem, qui grauius Deum offendunt diebus festis eiusdem diuino cultui dedicatis, quam tota hebdomada ad vitam parandam instituta.

16 Ex quibus inferitur responsio ad interrogationem nuper factam: An necessitas sola, sine licentia superioris, excuset a peccato festo die operantem? Respondeo, quod sic, si necessitas est indubia,

a Caiet. vbi supra.

d Verb. feria Parag. 12. *e* Eodem verbo, parag. 51.

f Eodem ca. nu. 5.

g Ut sup. eod. ca. nu. 5. dictum est. *h* Argum. 1. si procurator, ff. de condit. in debit. cap. Quinta vallis de iuretur. ut in cap. inter verba, 21. qu. 3. nu. 2. diximus. *i* Cap. discipulos, de consecr. di. 5. *k* Cap. fin. de feriis.

l Arg. c. 1. de re iudi. & c. per tuas, de sent. excom. Rosella, vbi supra, parag. 27. & Syluest. vbi sup. q. 7. *m* Ut habetur in Compendio priuilegiorum, fol. 69.

a In summa verbo in festo licita. *b* 2. par. tit. 9. q. 7. parag. 5.

dubia; adeo videtur operari, vbi cum eo nihil est & clara

Tertium, quod chororum conueniunt, aut diebus ad petendum gratiam, cum eorum sunt occultae, etiamque maxime liberum esse confessario tenentur.

17 *Quartum* est, quod torum optine se peccato non peccati, secundo quos in hoc

Vndecimo dicit, vel audientioni Michaelis festis cuius Angelum, *k*

18 *Duodecimo* vacauit orationes sunt precatione penitentia omnium se Deum facere diuinae salutis uina natura Paludanibus & grauissimam dicat nullum quam speciem qui eminetur nullum ne impetrare enim casibus

Contra neri quem iudicium cor respondetur, illi iniuriere obiceret nobis, *e* in

19 *Decimo*

dubia; adeo ut quavis episcopus precipere, ne operaretur, posset operari, ut supra dicitur, cessante tamen scandalo, quoniam cum eo nihil agi debet, quemadmodum etiam qui iustam causam & claram non ieiunandi habet, sine tali facultate excusatur. *d*

e Cap. nihil de prescrip. d. iuxta S. Thom. 2. 2. q. 147.

Tertium, quod reprehensione dignissima est multorum parochorum consuetudo, qui suos parochianos, qui festum violaverunt, aut die quo precipitur ieiunium, non ieiunarunt, cogunt ad petendum publice veniam die sequenti inter Missarum solemniam, cum eorum infamia, praesertim si huiusmodi transgressiones sunt occultae, & non nisi ex confessione cognoscuntur; amen-tiaque maxima est credere illum, qui sic publice confessus est, liberum esse a secreta confessione eiusdem peccati, quam confessionario tenetur facere, ut probavimus. *e*

17 Quartum, quod quamvis contritio, aut compunctio peccatorum optima sit in diebus festis, praesertim his qui intelligunt se peccato mortali teneri, non tamen praecipitur est sub poena peccati, secundum Rosellam, Caietanum, & Sylvestrum, *h* quos in hoc sequimur.

e In c. sacerdos, nu. 107. de pen. di. 6. f. Verbo festi, parag. 3. g. In summa verbo contritio & 2. 222. q. 122. ar. 4. h. Verbo Dominica, q. 6. nu. 4. i. In c. missae, de cons. di. 1. k. Verb. feri, parag. 4.

Vndecimo peccat mortaliter, qui diebus festis Missam non audit, vel audit distrahendo se sponte ad cogitationem rerum attentioni Missae debite impatientium. Quia audire Missam diebus festis cum mediocri attentione est praecipitur, *i* secundum Angelum, *k* & Caietanum, *l* & nos late diximus. *m*

i In summa verbo violatio festorum. *m* In repet. c. quando de consecr. di. 1. cap. 3. nu. 19. & c. 2. nu. 104.

18 Duodecimo peccat mortaliter, qui alijs temporibus non vacavit orationi, ad quam tenebatur ex privata obligatione, quales sunt preces canonicae horariae, & quas sacerdos imposuit pro poenitentia, & a proprio praelato spirituali est iussa, ex communi omnium sententia. Et idem est dicendum de illo, qui preces ad Deum facere praetermisit eo tempore, in quo nullum aliud remedium suae salutis, aut proximi esse videbatur. Tunc enim lex divina naturalis ad id nos obligat, ut probavimus, *a* sequenti mentem Paludanib & Sylvestri, *c* ubi posuimus exemplum de illo, qui in gravissimam tentationem impatientiae, aut libidinis iniectus, iudicat nullum aliud remedium ad victoriam superesse, praeterquam speciale auxilium Dei oratione impetrandum, & de illo qui eminens intuens duos in duello conferturos manus, existimat nullum aliud esse remedium, nisi speciale auxilium Dei oratione impetrandum, ad dirimendum illud duellum iniustum; in his enim casibus id a Deo perire tenetur, de quo in sequentibus.

a In dicta repet. c. quando, cap. 3. nu. 18. *b* In 4. dicto. q. 1. *c* Verb. oratio, parag. 8.

Contra hoc opponit quidam, quod ex hoc sequeretur teneri quem de praecipitur ad orandum pro ijs, qui auctoritate iudicum comburantur, vel suspenduntur, quod est falsum. Cui respondemus negando illationem, quoniam ij iuste occiduntur, illi iniuste se occidere conantur, & ita in ijs non licet ponere obicem contra iustitiam, iuxta iura, *d* & latius traditur a nobis, *e* in illis autem sic. *f*

d Iuxta notata, in l. vt vim, ff. de iur. & iur. *e* In com. men. c. non in inferenda. 23. q. 3. *f* Iuxta praedictum cap. non in inferenda, cum suis concordantibus.

19 Decimotertio peccat, qui nil inter missarum solemniam offert die

g Atg. cap. q.
maius, de cō.
sec. di. 1.
h 2. 2. q. 86.
i In dicto c.
omais.
k 3. par. tit. 2.
& Ioan. And.
Panorm. &
com. in rub.
de parochis.
l In c. suam
de simon.
m Verb. de
cima parag. 1.
n Verb. Do-
minic. pa-
rag. 1.

die festo, cum haberet unde posset, & cum ei ex antiqua cōsue-
tudine offerendum esset, cum notabili scandalo, aut præbendo
occasionem ne maior pars populi offerat; g quia licet cōmuni
lege nemo ad offerendum diebus festis obligetur, secundum
S. Thomam, h & Ioan. Turrecrematam, i & S. Anton. k tenetur
tamen consuetudine, ybi à decem annis recepta est, secundum
Panormitanum, l cui satisfacit communiter, quando maior
pars populi, capituli, aut collegij offert. Neque eam infringit,
qui eo quod tunc non habeat, non offert; satisque est offerre
quod libitum cuique fuerit, secundum Syluestrum, m nisi præ-
scriptum sit, vt offeratur certa & definita quantitas, iuxta sen-
tentiam præcatorum, & Syluestri. n

De quarto præcepto honorandi patrem & ma- trem, & amandi proximum.

CAPVT XIV.

- 1 Religio est virtus annexa iustitiæ.
- 1 Pietas, quæ est virtus annexa iustitiæ, non est misericordia.
- 1 Misericordia, quæ est virtus coniuncta charitati, non est pietas.
- 2 Observantia virtus coniuncta iustitiæ.
- 2 Religio aliquando vocatur pietas, imò & observantia.
- 2 Religionem spectant tria præcepta, quatuor pietatem & obser-
uantiam.
- 3 Patres qui dicantur in hoc quarto præcepto.
- 3 Proximi quoniam pacto comprehendantur in quarto præcepto.
- 4 Patres in tribus honorantur, sed minus quam Deus.
- 5 Præceptum diligendi proximum non est ex decem, & ex eo septem
nascuntur.
- 6 Amor proximi charitativus & naturalis, qui etiam est duplex.
- 7 Præceptum de diligendo proximo ad quid pro semper obligat.
- 8 Amandi proximi præceptum in malo statu vt impletur, n. 9. & 10.
- 10 Consuetudo dicendi, Damon te arripiat, diabolica.
- 10 Amor honestus inter virum & uxorem per quid conservatur.

Pro fundamento dicendorū præsupponimus primo, quod in-
ter virtutes iustitiæ annexas quemadmodum est vna, quæ
nuncupatur religio, quæ iuxta Marcum Tull. a & S. Tho. b est
virtus impellens hominem ad honorandum, colendumque Deum, tan-
quam primum principium nostrum, à quo sumus, & in quo vivimus:
ita est alia quæ dicitur pietas, quæ secundum eundem Tul. c
& S. Th. d est virtus quæ impellit homines ad colendum parentes,
cognatos, patriam, & amicos, tanquam principia quadam secundaria quibus
subsistimus, & conservamur. Et quamvis vulgus in cōmuni vsu
loquēdi pietatem & misericordiam pro eadē re accipiat, tamē
re vera

a In 3. Rhe-
tor. ad He-
rennium.
b 2. 2. q. 82.
c Vbi supra.
d 2. 2. quæst.
101.

re vera diue-
ritati, secun-
secundū eun-
standā perso-
tatibus opit-
men à viris
addimus, c
inclinat ad
principijs n-
& in eo con-
ter, etiam in
maritum, &
2 Secundo
etiam iusti-
Tullium, b &
veneramur ta-
nationis: & v-
& quemad-
catur, iuxta
sime nomis
quæadmodum
morauimus
etiā hoc, qu-
mū inter pr-
bus spectan-
seruatiæ. Im-
ximo debent
S. Bonauent-

Tertio præ-
obligare ad
rem alicuius
est, ipsi præ-
& Syluester
3 Quarto præ-
parentū iux-
intelligimus
amicos eius
gubernator
gerūt, quale
& omnes pr-
nostri sunt, r
originē duci
exteditur ad
erga proximi
rio circūstan-
tur intelligi
& superiores